

- 270 Portio nulla detur, sed nec per frusta seetur,  
 Dispice, neve cocoque foco tostetur ab ullo.  
 Haec caro nectarea festivum sit mihi pasca,  
 Hanc tege pigmentis redolentibus et sale paucō.  
 Esca multiplici ne fallas foedera disci,
- 275 Per varios gustus haec fercula nostra regamus.  
 Lignum pomiserum si roras jusse fabarum,  
 Radix continuo siccabitur hujus ab imo,  
 Marcescat sucus, vanescet in arbore fructus.  
 Tussis sicca fabis asino sit gloria dulcis,
- 280 Sit vox scabra fabae porcello gloria palmae.  
 Hisce fabis virtus vitiata est corporis hujus,  
 Nec possum teneram telluri affigere plantam,  
 Sic periit, solitum dum non habet arida pastum.  
 Sunt haec barbaricis mandenda legumina Francis,
- 285 Sic erit nullus honos. potior mihi pristinus est mos,  
 Hunc morem repetam, ad mea prisca recurram.  
 Devoro nunc carnem, paeclarlam persono vocem,  
 Sunt vituli carnes potiores quam gobiones,  
 Inde traham sucum crassoque humore salutem,
- 290 Fit rubor in facie, pallor tabescit in ore,  
 Blandus corde sapor, fragrans odor, apta voluptas,  
 Omnia percurram, quo limum pectore pellam.  
 luter.
- ‘Ah, perversa vigint, legalia jura fatiscunt.’  
 lupus.
- ‘Ergo sales vestri veterani sint sine dente?’
- 295 Non patiar teneas veteres, ut me duce negas?’  
 luter.
- ‘Si sapis, haec tacito consumes verba palato.  
 Uttere sorte tua, doctus pietate paterna,

---

270 ne spes frustra A.    271 testetur A.    276 uisse A.  
 281 hisce fabe.    291 flagrans A.